



### D E M O C R I T U S

*Philosophus.*

Oportet te vt in primo negocio dissoluas corpora super cinerem candidum, & non fiat tritura nisi cum aqua. Avicenna: Primum quo que in opere est dissolue re lapidem in suam primam materiam. Senior & Hermes: Soluite corpora in aquas. Plato in Summa: Tu indiges, quod in corporum solutione labores: ideo oportet ignem lendum continuare super ipsum, donec soluatur totum hoc, & per eum efficitur opus. Nota, omnium rerum circularium reuersio circularia nequam perficitur, donec in primam deducantur materiam. Rasis: Nisi corpora solueritis, in vanum laboratis. Albertus Magnus: Scias pro certo, quod nullus corporum spiritus tingi potest, nisi prius soluatur. Morienes: Nisi in vaporem cuncta transeant natura lia